

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Exangvibvs|| Aqvaticis|| Libri IV||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529022

Titvlvs I. De Crustatis in genere.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11100

Ufus. *Adhibitus est in Medicina olim. Ga-*
lenus et Plinius inter Psilothra refe-
runt. Archigenes ad aegylopos la-
nae tomentum sanguine leporis ma-
rini tinctum indit. Jubent quidam
et lepore marino recenti podagram
fricari, prodente Plinio. Venenatum
esse certissimum est, eum inprimis,
qui in Indico mari. Eo Titus a fratre
Domitiano sublatus est, ut Plinius
ait. Non sunt minus mira, quae de
lepore marino traduntur. Venenum
est aliis in potu aut cibo datus, aliis
etiam visu. Hi quidem gravidae si
aspexerint foeminam duntaxat ex eo
genere, statim nausea et redundatio-
ne vitium fatentur, ac deinde abor-
tum faciunt. Remedio est mas in-
duratus sale, ut in brachialibus ha-
beant: eadem res in mari et tactu qui-
dem nocet. Alibi tamen, mortem
saepe inferre, et si nihil aliud ventrem
doloribus acerbissimis torquere scri-
bit: quod et Aelianus prodidit. Quae
de mulieribus dicta sunt, a Ronde-
letio experto confirmantur, sed reme-
dii non meminit. Symptomata quae
insequi solent, egregie vetustissimus
Poëta descripsit:

Post bibitum hoc virus viridis stagnan-
tia fellis
Excrementa manent, tenebroso lumi-
na visu.
Caligant, liquidae abeunt in corpore
carnes:
Nausea adest, tumet alta cutis, talique
calefcunt:
Subque cavis oculis roseo fucata ru-
bore
Apparet facies, sistensque urina mo-
ratur,
Quae nunc purpureo, nunc sanguineo
esse colore
Cernitur, et quemcunque videt conte-
mnere piscem
Affolet aversans, ut quaelibet aequo-
ris aeger.

Hinc patet vix pulmoni proprie infestum, cum tot affectus sumpto eo oboriantur. Fatendum tamen plerumque tabem invadere. Alexipharmacorum quae contra adhibentur haud paucus est numerus. Exhibetur primo helleborus niger, hinc lac asininum inprimis, nec non decoctum malvae, et alia, de quibus Aldrovandum vide. Rondeletius mulieri, quae nauseam ex odore conceperat, cancerorum usum praescripsit.

Aldrov. de
Moll. c. ult.

HISTORIAE NATURALIS DE EXANGVIBVS AQVEIS

LIBER II.

DE CRVSTATIS.

TITVLVS I.

De Crustatis in genere.

Plin. H. N.
l. 11. c. 31.
Nomen.
Quae Crustata Plinio, illa Latinis aliis Crustacea, quod molli crusta operata sint, Graecis *μαλακοστράκα*, eandem ob causam dicuntur. Medium inter Testacea et Mollusca sortita locum videntur. Nam quatenus foris crusta, etsi fragili et tenui obteguntur, cum testaceis conveniunt: quatenus molle carnosumque intus continent, Mollibus comparantur.

Descriptio.
Offibus carent, quod ossa juncturis indigerent, ut Cardanus scribit, nec sub crusta extendi possent. Com-

munes ipsis cum caeteris exanguibus partes, Caput, Alveus, Gula, venter, et intestinum. *Alveus* totius corporis indiscretus est: nec caput distinctum, nec aliud quicquam. Ideo ea Galenus capite truncare voluit: quod cave de Caudatis accipias. *Kapides* ista dicuntur, non tam quod magnum caput habeant; exiguum enim hoc: quam quod maximum inter caetera crustata. Et videtur Athenaeus, apud quem ista leguntur, *καταχρη* catachreptice pro thorace et capite sumere. In Capite Os est, quod protinus ven-

Arist. H. A.
l. 4. c. 3.

Athen. Di-
nos. l. 3.

Arist. H. A.
l. 4. c. 5.

trem in omnibus, praeterquam in Locustis excipit, mox a ventre intestinum. Exiguus is, si proportionis in corporum magnitudine ratio habeatur: hoc, simplex usque ad exitum excrementi dejicitur. *Dentes* in ore habent duos priores, et quia hi ad exactam ciborum contritionem non satis, quoad intima corporis penetrare queat, tres in ventriculo, altrinsecus singulos, inferius tertium. Longi qui in ore et tegmine duplici operiti, inter quae talia quaedam interjacent, qualia locustarum dentibus annecti suo loco dicemus. Intra hos binos dentes carnosum est illud, quod linguae proportionem ejusque effigiem gerit. Supra os *Oculi* siti sunt, iique duri omnibus, apti intro, foras, et in obliquum et quidem celeriter moveri, ideo palpebris carent: Cardanus in latus moveri ait nostri comparatione, directe autem oculorum suorum. Melius enim esse ut altero utrinque prospiciant, etsi diversis oculis, quam utroque simul nec ante nec post. Prominere autem quia a lateribus: quia aliter ante penitus prospicerent: a lateribus autem collocari, quia si supra caput non viderent, ante vero non poterant, quia os infra reponere necessarium fuisset, quia caput habent immobile: neque ante simul os et oculos esse, quoniam oportuisset esse latam faciem, unde in motu etiam tardiores evalissent. *Caput* etsi exiguum, appendicibus tamen et cornibus munitur, quae et ad pugnandum et ad praetentandum iter data sunt. *Pedes* omnibus octoni, omnes in obliquum flexi. *Brachia* forcipibus denticulata sunt bina, quae Graeci *χίλας*, Apulejus furcas, alio nomine Graeco servato *Chelas* nominant. Horum pars superior in primoribus his, ut loquitur Plinius, movetur, superiore immobili: hisque pro manibus utuntur, et contra quam pedes flectant. Omnibus magna ex parte grandior et validior dexter quam laevus *forceps* est. *Caro* colore sanguinis rubra et tactu lento. In alveo humor est pallidus, et minuta quaedam oblonga et albida, rufa etiam alia maculis dispersis. *Papaver* eis

Plin. H. N.
l. 11. c. 37.

Arist. H. A.
l. 4. c. 2.

Cardan.
variet. l. 37.

Plin. H. N.
l. 9. c. 31.

Arist. H. A.
l. 4. c. 2.

parcius; brachiorum annexus communis. *Tabellas* quidam Latini vocant, quas *πλάκας* Aristoteles, quibus cor crustae coagmentantur. *Lapides* sub crusta genitos refert Cardanus, de quibus in Cancris agemus.

In stagnis potius marinis et juxta amnium ostia, saxorum foraminibus et limosis locis morari ex Aristotele et Athenaeo habemus. Lapillis, alga, limo et stercore victitant: nec a carnibus abhorrent. *Coëunt* more eorum, quae in aversum mingunt, ineunte vere, et cum ficus maturescunt, prope terram, et quidem quod exanguia sint et naturae frigidae, diutissime. Foemina ovum rubidum, membrana praetenui obvolutum, ventri, lateri, et utriusque intestino annexum, et ad carnem usque adhaerens parit. Imperfectum illud, quod foris editum, incrementum capiat. *Diversitas Sexuum* ex nonnullis cognoscitur. Major et crassior mas, tenues genitales meatus habet, et primum pedem simplicem. Nec non duabus particulis candidis, quas in carne pectoris habet, sed a foemina discretas tum colore tum concretionem similes Sepiarum promuscidi. Vorticosae hae sunt, quemadmodum buccini anfractus, quem Graeci *μήκωνας*, id est, papaver vocant. Oriuntur eae ab acetabulis, quae sub extremis sunt pedibus. Foeminae operculum distantius, hirsutius, et opacius: vulvae membranae ad intestinum hinc atque inde fissae, in quibus ovum gignitur; primus pes duplex, et cauda latior.

Locus,

Arist. de Generatione. l. 3. c. 11.
et Athen. De pnos. l. 3.
Generatio. Arist. de Generatione. l. 1. c. 11.
et 14.

Arist. H. A.
l. 4. c. 2.
Arist. H. A.
l. 4. c. ult.
Plin. H. N.
l. 9. c. 31.
Sexus.

Longae vitae esse scripsit Plinius. Nulla *respirant*, sed aquam per fistulam egerendo refrigerantur. Humorem ore accipiunt, et meatu oris superiore emittunt. Hebes omnibus visus, tum quod oculos habeant duriores et prominentes, tum quod a latere positos. Valent *gustu* et *odoratu*, et ad morem aquatiliū *dormiunt*. Nullum sonum vel vocem emittunt, et obliquo motu incedunt, caudaque tantum natant.

Plin. H. N.
l. c.
Vita.

Arist. H. A.
l. 4. c. 10.

Ad *Naturam* et *Mores* pertinet, quod hyberno solum tempore conduntur, vere et autumno pinguescunt, quod antennis potius et cornibus quam chelis, quibus tamen magis valent,

Mores.

Plin. H. N.
l. 8. c. 1.

tem in omnibus, præterquam in
culis excipit, hoc æ ventre intelli-
gitur. Exiguus est, si proportionis in
corporum magnitudinis ratio habere-
tur, hoc simplex nomen et eximium
elementum diceretur. Quare in his

• **Publicly traded corporations** are subject to the same disclosure requirements as private companies.

The first of these is the fact that the
 second of these is the fact that the
 third of these is the fact that the
 fourth of these is the fact that the
 fifth of these is the fact that the
 sixth of these is the fact that the
 seventh of these is the fact that the
 eighth of these is the fact that the
 ninth of these is the fact that the
 tenth of these is the fact that the


1. The first part of the paper discusses the importance of the
 2. of the system. It is argued that the system is essential for the
 3. of the system. It is argued that the system is essential for the
 4. of the system. It is argued that the system is essential for the
 5. of the system. It is argued that the system is essential for the
 6. of the system. It is argued that the system is essential for the
 7. of the system. It is argued that the system is essential for the
 8. of the system. It is argued that the system is essential for the
 9. of the system. It is argued that the system is essential for the
 10. of the system. It is argued that the system is essential for the

to obtain a more complete picture of the situation in the field, the Commission has decided to carry out a study on the impact of the common agricultural policy on the environment. The study will be carried out in the form of a series of seminars and workshops, which will be held in the Member States in 1991 and 1992. The results of the study will be presented in a report to the Commission in 1993.

[Faint, illegible handwriting visible through the paper.]


1. The first part of the paper is devoted to a review of the literature on the topic. It starts with a general overview of the field, followed by a more detailed discussion of the specific issues raised in the title. The author then presents his own findings, which are based on a series of experiments. These experiments were designed to test the hypotheses derived from the literature review. The results of these experiments are presented in a series of tables and figures. Finally, the author discusses the implications of these findings for the field as a whole.

Locusta marina.




Astacus marinus com.

See Kribs.




Astacus seu cammarus.

Astacus cammarus.




See Kribs.




Astacus parvus marinus.

Leo seu

Elephantus.




Astacus similis pediculus marinus.






Locusta Marina Carabus.
Marflossel.




Astacus Marinus com.

See Krebs




*Astacus similis
pediculo marino.*

Astacus (cammarus) 3.





Leo seu Elephantus.



Astacus parvus Marinus.

*Astacus similis pediculo
marino.*



Arist. H. A. lent inter se depugnant, istis cum aliis, quod denique vere et autumnio post partum operculum exuant.

Ufus. *Plin. H. N.* *l. 9. c. 37.* In Cibo laudantur plenilunio, quia sydus tepido fulgore mitificat tempore verno et autumnali, et cum ute-

rum gerunt. Grati sunt saporis, sed durae carnis, ideo coctionis arduae.

In Medicina, ad canis rabidi morsum, tabem, et fervidorum humorum deustionem conferre, Lemnius tradidit.

Athen. Di-
pnos. l. 3.
Lem. de Oc-
cult. Natur.
l. 3.

TITVLVS II.

DE CRVSTATIS IN SPECIE.

CAPVT I.

De Crustatis caudatis.

ARTICVLVS I.

De Locusta.

TAB. II. 1.
Nomen.

Crustata in Caudata et Rotunda optime dividemus. Illa sunt, *Locusta*, *Astacus* et *Squilla*. *Locustam* Isidorus, a pedum longitudine dici putat. Graecis est *καράβος*, παρὰ τὸ τῇ κάρῃ βαίνειν, quod capite incedat, vel eo sit multum prominente, *καράβις* apud Trallianum, Hesychio et Varino *αἰγίληρος* a caudae motu, *καβάρεος* et *κηραφίς*. Ab aliquibus *γραφίαι*, ab aculeis, *πρὸς τὸ γραφέν καὶ χαράττεν*, id est, ad scribendum et sculpendum idoneis. Aristophanis scholiae *παγέρες τὰς παρὰ ἡμῖν καράβας* exponit. Hirto asperoque sunt corpore.

Description.

Duo eis ante oculos cornua magna, initio aspera et aculeata, deinde rotunditate praepilata, (*κέντρα* Oppianus et Aelianus, Aristoteles *κέντρα*, nos antennis vocamus) in exortu crassissima, quae paulatim magis ac magis ita gracilescunt, ut tandem tenuissimum cirrum definant, in omnemque partem pili instar flecti possint. *Oculi* cornei semper prominentes, et, exerti, in obliquum mobiles, aculeis acutissimis firmissimisque utrinque tanquam propugnaculis muniuntur. *Oris* lateribus additae appendiculae tanquam parvi pedes ad tutelam. *Dorsum* asperissimum est et aculeatum, velut e fronte aculeus magnus eminet. In lateribus *branchias* habet veluti e pilis coagmentatas, *pedes* utrinque quinos annumeratis extremis chelis, quas Gaza modo forcipes denticulatos modo brachia forcipata interpretatus est: flectunt eos in obliquum, ut chelas introrsum. *Cauda* laevis et

sine aculeis ex quinque tabellis contexta, in pinnae quinque definens, natandi causa, ei tanquam remo innititur, et in ea totius corporis robor situm est, quod experieris, si ea parte *Locustam* apprehendas. *Dentes* habent primores binos majusculos et *gulam* ante ventrem exiguum, in quo nonnulli dentes, et similis muti humor. *Cor* ex nigro rufescere observavit Bellonius. Mare cum excipiunt ore, transmittunt id ad suas branchias, quarum plures quam alia crusta intacta obtinent. Praeterea *meatus* pectoris dependet usque ad exitum excre-

Arist. H. A.
l. 4. c. 2.

menti: is pro vulva foeminis est: genitale vero semen continet in manibus. Jacet autem in concavo carnis, ita ut interjaceat caro. Nam intestinum ad partem curvam situm est, meatus ille ad cavam; non alio modo quam in quadrupedibus continetur. Neque vero id alia specie est in masculo et foemella, sed utrisque et tenues et candidi, ac pallidum continent humorem. Et utrisque eadem origo a pectore. Quem Aldrovandus appinxit dorsum habebat inter atrum et caeruleum medium, dentem superiorem triplo majorem inferiore. Uterque intus tuberculis caret, et utrinque est acutus.

Reperiuntur in mari, circa Sigaeon in primis Athon et Ligustico. In Indico quatuor sunt cubitorum. Hyeme vero aprica littora sectantur, aestate in opaca gurgitum recedunt, petrosisque locis vivunt. In Ligustico nigricantes Pierius Valerianus conspexit.

Locus.

Plin. H. N.
l. 9. c. 3.
Arist. H. A.
l. 5. c. 17.

Vitus